

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Compendiosa regum Daniæ historia

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 9. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585400064/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

*Regum Daniæ Historia*

9

2 DAN.

25. Rex Dan Wffonis filius, nimirum inglorius filius gloriissimi patris. Sic interdum (ait Saxo) pig-  
nora portentis similia a maioribus suis desciscunt.  
5 Omnia enim paterna bona et quæ ipse ex hostibus  
parta habebat, quæ regio splendori seruire debue-  
rant, in flagitijs ac turpitudine consumpsit.

HVGLETVS.

26. Rex Hugletus, qui Homothum et Hogrimum  
10 duos Sueciæ tyrannos maritimo fertur oppressisse  
conflictu.

2 FROTHO.

27. Rex Frotho Vegetus, i. e. hind stercke, qui  
cum factus esset gloriiosus cede decem fortissimorum  
15 ducum in Noruegia, tandem regem Noruegiæ Fro-  
gerum singulare certamine peremisit.

3 DAN.

28. Rex Dan Frothonis filius egregiam retulit  
victoriam de rebellantibus Saxonibus, vnde eosdem  
20 sibi fecit tributarios, qui illum habere tributarium  
contendebant.

1 FRIDLEVVS.

29. Rex Fridleus cognomento celer. Iste fertur  
regnasse tempore Iulii Cæsar, cum quo etiam di-  
25 citur foedus pepigisse, reuerso Iulio nec audente

10        *Regum Daniæ Historia*

cum Fridleuo pugnare ob publicam famam, quæ tum narrabat apud Danos esse viros fortissimos.

3 FROTHO Fredegoedt.

30. Rex Frotho cognomento pacis author, Fridlei filius, designatus rex sub prouidentia curatorum, <sup>5</sup> cum esset iam septem annorum. Igitur principio regni eius gubernatoribus male agentibus, tanta erat vita licentia, vt nec legibus nec pudore cohiberetur obscena aulicorum petulantia. Verum adulto rege Frothoni mutatae sunt vices rerum, euasit enim regnum ipsius non solum diuitijs, æquitate et legibus gloriosum, sed etiam incredibilibus quibusdam victorijs clarissimum. Cuius memoria etiamnum celebris est, tametsi apparet ipsum regnasse ante quindecim secula: nimirum eo tempore quo in Betlehem <sup>10</sup>, Iudeæ ex virgine matre natus sit Dei filius, homo factus.

HIARNERV.

31. Rex Hiarnerus, qui cum esset obscuris parentibus, suffragijs tamen populi diadema regni promeruit tanquam premium ornati sepulchri ipsius Frothonis. Nam Frothonis sepulchrum grandi saxo inscripto epitaphio ornauit, ob quod regno ab incolis donatus est, qui paulo post a Fridleuo Frothonis filio Ruthenorum rege est interfectus. <sup>25</sup>

2 FRIDLEVVS.

32. Rex Fridleus Frothonis filius. Hic cum reg-